



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Et primo, Vtrum dolor auferat facultatem addiscendi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

*Vtrum potestas, cui non potest resisti, sit causa doloris.*

**A**D QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod potestas maior non debet poni causa doloris. Quod enim est in potestate agentis, non dum est praesens, sed futurum; dolor autem est de malo praesenti: ergo potestas maior non est causa doloris.

**¶ 2 Præ.** Nocumentum illatum est causa doloris: sed nocumentum potest inferri etiam a potestate minore: ergo potestas maior non debet poni causa doloris.

**¶ 3 Præ.** Causa appetitiuorum motuum sunt interiores inclinationes animae: potestas autem maior est aliquid exterius: ergo non debet poni causa doloris.

Cap. 20. non pcul a prin. tom. 6.

**SED CONTRA** est, quod Augustinus dicit in libro de natura \*boni. In animo dolorem facit voluntas resistens potestati maiori: in corpore dolorem facit sensus resistens corpori potentiori.

ar. 1. huius q.

**RESPON.** Dicendum, quod sicut supra dictum est, \*malum coniunctum est causa doloris, vel tristitia per modum obiecti. Id ergo quod est causa coniunctionis mali, debet poni causa doloris vel tristitia. Manifestum est autem hoc esse contra inclinationem appetitus, ut malo praesentialiter inhaereat: quod autem est contra inclinationem alicuius, nunquam aduenit ei nisi per actionem alicuius fortioris: & ideo potestas maior ponitur esse causa doloris ab Augustino. \*Sed sciendum est, quod si potestas fortior intantum inualecat, quod mutet contrariam inclinationem in inclinationem propriam, iam non erit aliqua repugnantia vel violentia: sicut quando agens fortius, corrumpendo corpus graue, auferit ei inclinationem, qua tendit deorsum, & tunc ferri sursum non est ei violentum, sed naturale. Sic igitur, si aliqua potestas maior intantum inualecat, quod auferat inclinationem voluntatis vel appetitus sensitui, ex ea non sequitur dolor, vel tristitia: sed tunc solum sequitur, quando remanet inclinatio appetitus in contrarium. & inde est quod Augustinus dicit, quod voluntas resistens potestati fortiori causat dolorem, si enim non resisteret, sed cederet consentiendo, non sequeretur dolor, sed delectatio.

Loco in arg. Sed contra, citato.

li. de. na. bo. ni. c. 20. non pcul a prin. cip. tom. 6.

**AD PRIMVM** ergo dicendum, quod maior potestas dolorem causat, non secundum quod est agens in potentia, sed secundum quod est agens actu, dum scilicet, facit coniunctionem mali corruptiui.

**AD SECUNDVM** dicendum, quod nihil prohibet aliquid quam potestatem, quae non est maior simpliciter, esse maiorem quantum ad aliquid, & secundum hoc aliquid nocumentum inferre potest. Si autem nullo modo maior esset, nullo modo posset nocere, unde non posset causam doloris inferre.

**AD TERTIVM** dicendum, quod exteriora agentia possunt esse causa motuum appetitiuorum in quantum causant praesentiam obiecti: & hoc modo potestas maior ponitur causa doloris.

¶ Super quest. trigessimam septimam.

**C**irca quaest. 37. nihil occurrit scribendum, nisi ut qui uolunt uideri naturas passionum, aduertant ad regulam in 4. articulo traditam. scilicet, quod duplici existere motu in qualibet passione, scilicet

QVAESTIO XXXVII.

*De effectibus doloris, uel tristitiae, in quatuor articulos diuisa.*



**D**EINDE considerandum est de effectibus doloris, uel tristitiae.

**ET CIRCA** hoc quaeruntur quatuor.

**F** ¶ Primò, Vtrum dolor auferat facultatem addiscendi.  
¶ Secundò, Vtrum aggrauatio animi sit effectus tristitiae, uel doloris.  
¶ Tertio, Vtrum tristitia, uel dolor debilitet omnem operationem.  
¶ Quarto, Vtrum tristitia noceat corpori magis quam aliae passionnes animae.

ccet appetitus, & corporis, motus corporis similis est motui animi, in hoc, quod est se habere per modum projectionis uel fuga. Et si hanc deus, uidebit non dari illas duas tristitias, quas superius reprobauius.

ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum dolor auferat facultatem addiscendi.*

**A**D PRIMVM ergo sic proceditur. Videtur, quod dolor non auferat facultatem addiscendi. Dicitur enim Isa. 26. Cum feceris iudicia tua in terra, iustitiam discant omnes habitatores orbis. & infra: In tribulatione murmuris doctrina tua eis: sed ex iudicijs Dei, & tribulatione sequitur dolor, seu tristitia in cordibus hominum. ergo dolor, uel tristitia non tollit, sed magis auget facultatem addiscendi.

**¶ 2 Præ.** Isa. 28. dicitur. Quem docebit scientiam? & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos alacte, auulso ab uerberibus, id est, a delectationibus. Sed dolor & tristitia maxime tollunt delectationes: impedit enim tristitia omnem delectationem, ut dicitur in septimo Ethic. \*Et Eccles. 11. dicitur, quod malitia unius horae obliuionem facit luxuriae maxime: ergo dolor non tollit, sed magis praebet facultatem addiscendi.

**¶ 3 Præ.** Tristitia interior praeminet dolori exteriori, ut supra dictum est: \*sed simul cum tristitia potest homo addiscere: ergo multo magis simul cum dolore corporali.

**SED CONTRA** est, quod Augustinus \*dicit in 1. Soliloquio. Quamquam acerimo dolore dentium his diebus torquerer, non quidem sinebar animo uolere nisi ea, quae iam forte didiceram, a discendo autem penitus impediabar, ad quod mihi tota intentione animi opus erat.

**RESPON.** Dicendum, quod quia omnes potentiae animae in una essentia animae radicanur, necesse est quod quando intentio animae vehementer trahitur ad operationem unius potentiae, retrahatur ab operatione alterius. unius enim animae non potest esse nisi una intentio. & propter hoc si aliquid ad ad se trahat totam intentionem animae, uel magnam partem ipsius, non compatitur secum aliquid aliud quod magnam attentionem requirat. Manifestum est autem, quod dolor sensibilis maxime trahit ad se intentionem animae; quia naturaliter unumquodque tota intentione tendit ad repellendum contrarium, sicut etiam in rebus naturalibus apparet. Similiter etiam manifestum est, quod ad addiscendum aliquid de nouo, requiritur studium, & conatus cum magna intentione, ut patet per illud quod dicitur Proverb. 2. Si quaesieris sapientiam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis eam, tunc intelliges disciplinam. Et ideo si sit dolor intensus, impeditur homo, ne tunc aliquid addiscere possit: & tantum potest intendi, quod nec etiam in statu dolore potest homo aliquid considerare etiam quod prius sciuit. In hoc tamen attenditur diuersitas secundum diuersitatem amoris, quem homo habet ad addiscendum uel considerandum, quia quanto maior fuerit, magis retinet intentionem animi, ne omnino feratur ad dolorem.

**AD PRIMVM** ergo dicendum, quod tristitia moderata, quae excludit euagationem animi, potest conferre ad

Cap. 21. procul tom. 5.

Cap. 11. procul tom. 5.

Cap. 11. procul tom. 5.

Greg. 11. tab. 11. Dan. 11. de fi. c. 1.

936. 21.

ad disciplinā suscipiendā, & praecipue eorū, per q̄ hō sperat se posse a tristitia liberari: & hoc mō in tribulatione murmuris hoies doctrinā Dei magis recipiūt.

AD II. Dicēdum, q̄ tam delectatio, q̄ dolor in quantum ad se trahunt animā intentionē, impediūt considerationem rationis, vnde in 7. Ethic. dicitur, q̄ impossibile est in ipsa delectatione uenire eorū aliquid intelligere: sed tamen magis trahit ad se intentionem animā dolor, quā delectatio. sicut ēt uideamus in rebus naturalibus, q̄ actio corporis naturalis magis intenditur in contrarium, sicut aqua calefacta magis patitur a frigido, ut fortius congelctur. Si ergo dolor, seu tristitia fuerit moderata, per accidens potest conferre ad addiscendum inquantū auferit superabundantiam delectationum, sed per se impedit, & si intendatur, totaliter auferit.

AD III. dicēdū, q̄ dolor exterior accidit ex lesione corporali, & ita magis hēt transmutationem corporalem adiunctā q̄ dolor interior, qui tñ est maior secundum illud quod est formale in dolore, qd̄ est ex parte animae. & iō dolor corporalis magis impedit contemplationem, quē requirit omnimodā quietē, q̄ dolor interior: & tamen ēt dolor interior si multū intendatur, ita trahit intentionem, ut non possit hō de nouo aliquid addiscere. unde & Greg. propter tristitiam intermisit Ezechielis expositionem.

ARTICVLVS II.

*Vtrum aggrauatio animi sit effectus tristitię, uel doloris.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, q̄ aggrauatio animi non sit effectus tristitię. Dicitur. Apost. 2. ad Corinth. 7. Ecce hoc ipsum contristari uos secundum Deum, quantum in uobis operatur sollicitudinem, sed defensionem, sed indignationem &c. sed sollicitudo & indignatio ad quandā erectionem animi pertinent, quā aggrauationi opponitur. non ergo aggrauatio est effectus tristitię.

¶ 2. Præt. Tristitia delectationi opponitur: sed effectus delectationis est dilatio, cui non opponitur aggrauatio, sed contractio. ergo effectus tristitię non debet poni aggrauatio.

¶ 3. Præt. Ad tristitiam pertinet absorbere, ut patet p̄ illud quod Apost. dicit 2. ad Corinth. 2. Ne forte abundantiori tristitia absorbeatur qui est eiusmodi: sed quod aggrauatur, non absorbetur, quinimmo sub aliquo ponderoso deprimitur: quod autem absorbetur, intra absorbens includitur. ergo aggrauatio non debet poni effectus tristitię.

SED CONTRA est, quod Greg. \*Nyffe. & \*Dam. ponunt tristitiam aggrauantem.

RESPON. Dicēdū, q̄ effectus passionū aīę q̄nq; metaphoricē nominatur secundū similitudinē sensibilem corporum, eo q̄ motus appetitus animalis sunt similes inclinationibus appetitus naturalis: & p̄ hūc modum feruor attribuitur amori, dilatio delectationi, & aggrauatio tristitię. Df. n. homo aggruari ex eo, q̄ aliquo pondere impeditur a proprio motu. Manifestū ē autē ex \*prædictis, q̄ tristitia contingit ex aliquo malo p̄nti, quod quidē ex hoc ipso q̄ repugnat motui uolūtatis, aggrauat aiūm, inquantū impedit ipsum ne fruatur eo quod uult: & si quidem non sit tāta uismali cōtristatus, ut auferat spem euadendi, licet animus aggraueretur quantum ad hoc, q̄ in p̄nti non potitur eo quod uult, remanet tamen motus ad repellēdū nociuū contristans. Si uerō superexeret uis mali in tñ, ut spem euasionis excludat, tunc simpliciter impeditur etiam interior motus

A animi angustiati, ut neq; hac, neq; illac diuertere ualeat: & quandoq; ēt impeditur exterior motus corporis, ita quod remaneat homo stupidus in seipso.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod illa erectio animi prouenit ex tristitia quā est secundum Deū, propter spem adiunctam de remissione peccati.

AD SECVNDVM dicēdum, quod quantum ad motum appetituum pertinet, ad idem refertur contractio, & aggrauatio. Ex hoc. n. q̄ aggrauatur animus, ut ad exteriora libere progredi non possit, ad se ipsum retrahitur quasi in seipso contractus.

AD IIII. dicēdū, q̄ tristitia absorbere hoīem dī, qñ sic totaliter uis contristantis mali afficit animū, ut omnem spem euasionis excludat: & sic ēt eodē modo aggrauat & absorbet: quēdam. n. se consequitur in his quā metaphoricē dicitur, q̄ sibi repugnare uidentur, si secundum proprietatem accipiuntur.

ARTICVLVS III.

*Vtrum tristitia, uel dolor debilitet omnem operationem.*

AD TERTIVM sic proceditur. Vī, quod tristitia non impedit oēm operationem. Sollicitudo. n. ex tristitia causatur, ut patet p̄ autoritatē Apostoli \*in ductā: sed sollicitudo adiuuat ad bñ operandū. Vñ Apost. dicit 2. ad Tim. 2. Sollicite cura teipsū exhibere operariū inconfusibile. ergo tristitia nō impedit operationē, sed magis adiuuat ad bñ operandū.

¶ 2. Præt. Tristitia causat in multis concupiscentiam, ut dicitur in 7. Ethic. sed concupiscentia facit ad intentionem operationis. ergo & tristitia.

¶ 3. Præt. Sicut quaedā operationes propriae sunt gaudentium, ita ēt quaedam operationes his qui contristantur, sicut lugere: sed unumquodque augetur ex sibi conuenienti. ergo aliqua operationes nō impediuntur, sed meliorantur propter tristitiam.

SED CONTRA est, qd̄ Philof. dicit in 10. Ethic. q̄ delectatio p̄ficit operationē: & eō uerfo, tristitia impedit.

RESPON. Dicēdū, quod sicut iā dictū est. \*Tristitia quāque nō ita aggrauat, uel absorbet animum, ut oēm motum interiorē & exteriorē excludat: sed aliqui motus quāque; ex ipsa tristitia cāntur. Sic ergo operatio ad tristitiam dupliciter potest comparari. Vno mō, sicut ad id, de quo est tristitia: & sic tristitia quālibet operationem impedit. Nūquam. n. illud qd̄ cū tristitia facimus, ita bene facimus, sicut illud quod facimus eum delectatione, uel sine tristitia. cuius rō est: quia uoluntas est cā operationis humanā. unde quādo operatio est, de qua aliquis contristat, necesse est q̄ actio debilitetur. Alio mō, cōparatur operatio ad tristitiam sicut ad principium & ad cām, & sic necesse est q̄ operatio talis ex tristitia augeatur: sicut quātō aliquis magis tristatur de aliqua, tāto magis conat̄ ad expellēdā tristitiam, dūmodo remaneat spes expellendi: aliqñ nullus motus, uel operatio ex tristitia causaret. Et p̄ hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS IIII.

*Vtrum tristitia magis non noceat corpori, quam alia anime passiones.*

AD QVARTVM sic proceditur. Vī, quod tristitia non inferat maxime corpori nocementum.

Tristitia. n. hēt eē spirituale in aīa: sed ea quā habent tñ esse spirituale, non causant transmutationem corporalē, sicut patet de intētionibus colorū, quā sunt in aere, a quibus nullū corpus coloratur. ex Prima Secunda S. Thomae.

Infra q. 39. ar. 3. ad 2. & q. 59. arti. 3. ad 2. \* Ar. pręc. argu. 1.

Cap. 4. to. 5. Art. pręc.

Infra q. 41. ar. 1. co. & 4. di. 5. q. 2. ar. 3. q. 2. cor.

Cap. 11. non procul a fi. tom. 5.

Greg. li. 4. ap. 11. \* Dam. li. 2. de fi. c. 14.

q. 36. arti.